

# BOLLETTINO DEL CIRCOLO NUMISMATICO NAPOLETANO

ANNO 1922 — FASC. III.

NAPOLI  
TIPOGRAFIA CIMMARUTA  
VIA S.S. FILIPPO E GIACOMO 21  
1923

# Documenti per la storia della numismatica napoletana

## La Zecca di Brindisi al tempo della prima Giovanna<sup>(1)</sup>

---

1343, ottobre 4 — Giovanna I di Angiò concede in appalto a Mottula de Pando e Filippo de Ripa l'esercizio della Zecca di Brindisi sotto determinati patti e condizioni.

1343, ottobre 13 — La stessa nomina incisore e scultore di quella Zecca il maestro Giovanni Argenterio, con l'annuo emolumento di dieci once d'oro.

(Arch. di Stato in Napoli, Reg. ang. n° 336,  
fol. 94 e 96 t°).

I (fol. 96 t°).

Pro Mottula de Pando et Philippo de Ripa.

Iohanna etc. Tenore presentium notum facimus universis quod comparentes in auditorio rationum coram magne nostre curie magistris rationalibus consiliariis familiaribus et fidelibus nostris die primo octobris presentis duodecime indictionis Mottula de Pando et Philippus de Ripa filius quondam Iohannis de Ripa petiverunt sibi locari atque concedi pro parte nostre curie in cabella exercitium sicle civitatis Brundusii parve scilicet denariorum monete illius lige et ponderis quod est et esse debet caterva denariorum moneta que cuditur in sicla nostra Neapolis cum pactis et conventionibus que inferius declarantur; predicti autem magistri rationales actendentes circa id commodum nostre curie procurari predictos Moctulam et Philippum ad huiusmodi locationem facta prius inde conscientia inde nobis pro parte curie admiserunt cum huiusmodi conventionibus atque pactis videlicet quod predicti Moctula et Philippus laborari et cudi facient in dicta sicla intra annos quinque completos numerandos a primo die incepti exercitii dicte sicle in antea dictorum denariorum parve monete librarum quinquaginta milia qualibet scilicet annorum ipsorum librarum decem milia indeque satisfacere ac solvere curie ad rationem de granis tribus ipsius monete pro qualibet libra et si plus cudi fecerint ad eandem rationem satisfacere curie tenentur (2). Ita quidem

quod quelibet libra ipsorum denariorum sit tenute (?) sterlinorum argenti fini decem et septem sicut sunt parvi denarii qui ceduntur in dicta sicla Neapolis ex unaquaque libra ipsorum denariorum perveniant solidi quadraginta et quilibet parvus denarius sit ponderis granorum quindecim; sed ubi contigerit quod aliquis ex ipsis denariis invenirent ponderis granorum tredecim vel quatuordecim, liceat eis cudi facere todidem denarios ponderis granorum sexdecim vel decem et septem: ita quod defectus ipsius ponderis suppleatur et ipsi denarii ponderati insimul faciant pondus iustum scilicet granorum quindecim pro quolibet et isto modo ipsi denarii ponderis generalis tresdecim vel quatuordecim expendi valeant, sicut si esset pondus generale quindecim, ac ubi in ponderatione unius libre ipsorum denariorum reperi- rentur denarii quatuor excedentes pondus unius libre licitum sit eis in ponderacione unius alterius libre cedende minuere denarios quatuor; ita quod perinde una libra et alia reperiantur iusti ponderis et in examine libra co- munis equata. Preterea si liga ipsorum denariorum ponderis unius libre inveniatur una vice minoris ponderis medio sterlino nichilominus ipsi denarii expendantur, ita quidem quod alia vice liga alterius libre cedende sit et esse debeat maioris ponderis medio sterlino; et circa id observetur prout est in dicta sicla Neapolis observatum, possintque ipsi magistro licitumque sit eis liberare et expedire ipsam parvam monetam ad rationem de denarii (*sic*) sexaginta tantum et non plus pro quolibet argenteo carleno et curia nostra faciat inhiberi per Regnum quod nullus audeat expendere vel recipere aliam parvam monetam nisi predictam et aliam parvam cusam iam et cedendam in dicta sicla Neapolis ad racionem de denariis sexaginta pro quolibet argenteo carleno; omnes autem habentes in Apulie partibus tam turonenses quam aliam parvam monetam excepta predicta mictant seu deferant illam ad dictam siclam Brundusii intra terminum competentem vendendum in illo pretio in- fierius declarato et ubicumque ipsi magistri invenerint aliquos post dictum terminum habentes vel eciam forte exhibere volentes de Regno turonenses et predictam aliam parvam monetam liceat eis illam capere et nichilominus poussint (*sic*) ab eis exigere penam uncie auri unius pro qualibet libra quam de Regno trahere (*sic*) cuius pene quartam partem habeat deferens et de reliquo medietas nostre curie et alia medietas ipsorum magistrorum comodis aplicentur et hoc intelligatur sicut in similibus in dicta sicla Neapolis est concessum. Ceterum teneantur dicti magistri solvere pro qualibet libra turonensium bonorum carlenos octo tantum et non plus, et qui boui non essent possint patroni ubi cum dictis magistris nollent aut non possent prius de ipsorum precio concordare fundi facere et probam ex illis assumi per ma- gistrum probe qui in dicta sicla fuerit, ipsique magistri teneantur solvere patronis ipsorum turonensium et cuiuscumque alterius pecunie pro unaquaque uncia ponderis argenti fini provenientis tam ex ipsis turonensibus quam alia pecunia carlenos auri tres et grana quinque tantum et non plus et compe- tens precium eris quod remanserit ex eisdem servando tamen circa hoc

quod est per magistros dicte sicle Neapolis observetum. Ipsa vero Curia prestabit eisdem magistris omnem assistenciam et favorem quibus premissa et subscripta valeant observari perinde fieri faciet licteras oportunas nec non deputabit penes eos notarium unum credencerium magistrum unum probe ac magistrum sculpentem seu incidentem cuneos qui necessari fuerint pro cudenda parva pecunia supradicta; qui quidem cunei sint eiusdem sculpture et aliorum caratherum quibus sunt alii cum quibus cuditur parva pecunia in dicta sicla Neapolis; hec tamen in illis addendi in superficie cuiuslibet parvi denarii cudendi in dicta sicla Brundusii in qua sculpenda seu imprimenda sunt lilia fiant lambella qnatuar ut inter illos cusos et cudentos in dicta sicla Neapolis, in quibus sunt lanbella tria, appareat distinctio manifesta (3). Insuper, tam dicti magistri et alii qui erunt pro tempore, quam socii eorum, trahi non possint ad aliqua tribunalia pro quibuscumque causis tam civilibus quam criminalibus nisi coram magistris rationalibus magne nostre curie: persone vero que erunt in exercitio et ministeriis dicte sicle pro predictis etiam causis non nisi coram dictis magistris sicle trahi valeant et ista intelligatur sicut siclariis Neapolis est concessum. Exercitium autem dicte cabelle auferri non possit de manibus dictorum magistrorum durante tempore supradicto pro aliqua pecunie quantitate ea ratione presertim quia in principio ipsius exercitii expensas plures ipsos facere oportebit salvo tamen quod si antequam expenderent aliquid cabella ipsa augmentaretur intra mensum unum post presentem concessionem et locacionem intra quem possit et debeat fieri fiatque presencium acio et subastacio de eadem oportuna vero lictore et mandata pro dicta Sicle exercitio et ministerio gratis fiant.

Et demum si aliqua ferramenta astilia supellectilia seu res et edificia invenirentur completo dicto quinquennio in loco in quo exercuerint siclam ipsam que sint utilia eis exinde per successores ipsos quatenus habebunt commodum de eisdem. Et quia ipsi magistri observari sibi premissas conventiones per dictam nostram Curiam poposcerunt, nos illis volumus et mandamus ut universi et singuli illas observent sicut superius sunt distinta, nam ipsi apud acta Curie officii rationum ob causam dicte locacionis prestiterunt in forma Curie fideiussoriam caucionem. In cuius rei testimonium et tam dictae Curie certitudinem quam memoratorum magistrorum cautelam presentes licteras nostras exinde fieri et pendent maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per magistros Rationales magne nostre Curie anno domini MCCCXLIII die IIII octobris XII<sup>e</sup> inductionis Regnorum nostrorum anno primo.

II (fol. 94).

Pro Iohanne Argenterio de Brundusio.

Iohanna etc. Iohanni Argenterio de civitate Brundusii fideli nostro gratiam etc. de fide prudencia et legalitate tua testimonio accepto laudabili confidentes te magistrum super sculpidis seu incidentis cuneis ex quibus parva denariorum moneta in sicla nostra Brundusii sub magistratu Mottule de

Pando et Philippi de Repa quibus iura redditus et proventus ipsius sicle certo modo pro quinquennio locata et concessa sunt noviter per nostram curiam in cabella cudi debeat nec non super custodia assagii seu probe ipsius monete duximus usque ad nostre maiestatis beneplacitum ordinandum, recepto prius a te in Curia nostra ipsa de predicto utroque ministerio seu servitio ad honorem ad fidelitatem nostram gerendo seu exercendo fideliter corporali ad Sancta dei Evangelia iuramento. Quo circa volumus et fidelitati tue de consilio et assensu inclite domine domine Sanctie dei gratia Ierusalem et Sicilie Regine reverende domine matris amministratricis et gubernatricis nostre ac aliorum amministratorum et gubernatorum nostrorum (4), presentium tenore mandamus quatenus ad predictam Siclam Brundusii te personaliter conferens sic apud predictos magistros huiusmodi tibi commissa servicia studeas fideliter ac aligaliter exercere seu gerere quod possis inde merito commendari. Et ut ipso utroque servizio propriis non labores expensis stabilimus gagia tibi ad rationem de uncis auri decem ponderis generalis per annum solvendis de pecunia iurium dicte Sicle que per alias nostras oportunas licteras tibi a memoratis magistris quamdui fueris de dicto beneplacito nostro in serviceis supradictis mandamus exolvi et a te inde recipi vicibus singulis apodixam. Et ecce sepeditis magistris de consilio et assensu prescriptis damus harum serie in mandatis ut et ad preacta servicia admicant atque retineant illaque exercere apud eos sine aliqua contradictione permicant. Datum Neapoli per magistros rationales magne nostre Curie anno domini MCCCXLIII<sup>o</sup> die XIII octobris XII indictionis Regnum nostrorum anno primo.

#### N O T E

(1) I documenti surriprodotti, per la prima volta da noi espressi nel loro testo integrale alla luce dell'esame critico, dalla inesausta e non facilmente esauribile miniera delle scritture di cancelleria angioina del R. Archivio di Stato in Napoli, servono a comprovare (e ciò basterebbe a giustificare appieno l'importanza) che la Zecca di Brindisi coniò moneta durante il regno di Giovanna I, la quale ne volle, pel migliore suo funzionamento, rinnovellata la gestione tecnica ed amministrativa.

Ben essa aveva già una storia, non breve e nemmeno ingloriosa. Aperta verso il 1194 da Enrico VI di Svevia (1), vi si lavorò non solo per Federico II e suoi successori, escluso Manfredi, ma ancora per Carlo I d'Angiò: anzi fu di questo sovrano la zecca principale, prima che, col consolidarsi del dominio angioino nell'Italia meridionale, egli non ebbe trasferito le zecche nella città di Napoli, divenuta capitale del reame.

Fu allora che la Zecca di Brindisi assunse il rango di sussidiaria rispetto a quella di Napoli, e fu adibita pel conio de' denari di biglione

(1) La zecca di Brindisi non fu aperta né lavorò monete per i principi e re normanni. Le zecche aperte dai sovrani normanni furono a Palermo, Messina, Capua e specialmente Salerno, la doviziosa capitale del regno normanno.

(Cfr. Arturo Sambon — Monetazione di Ruggiero II — Riv. Ital. di Num. Mila: 9, anno 1912, Vol. XXIV).

ed appellata « *parva sicla Brundusii* ». Lavorò quindi sotto Carlo I e Carlo II, Roberto e Giovanna, come attestano, per quest'ultima, i nostri documenti: ma si ha motivo di ritenere che pure da essa fossero coniati i *denarii parvuli* di « *Ludovico e Giovanna* » e che le operazioni vi continuassero anche sotto il governo durazzesco.

Dai succeduti aragonesi ebbe infine privilegi vari e concessioni di coniare moneta, come può desumersi dagli esemplari che di tal periodo se ne conservano, e segnatamente dalle monete di Ferdinando I e II e Federico III d'Aragona.

Diamo i documenti nell'ordine logico e cronologico, rettificando, riguardo ad essi, la collocazione che ne risulta dal registro originale citato, dove l'ordine fu invertito casualmente dal trascrittore incaricato.

(2) Questi *denarii*, simili a quelli fatti nella Zecca di Napoli, dovevano essere al taglio di 40 soldi, ovvero 480 per libbra, (24000000 di denari) con *rimedio* di due o tre denari, dandosi 3 grana per libbra di diritto alla R. Corte, ossia 250 once per l'intera monetazione. Si dovevano spendere in ragione di un 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub> di grano, 60 per carlino o 120 per tari, e pesavano da 15 a 17 acini.

L'argento fino, in quel tempo, costava da 41 a 42 tari per libbra; quindi i *denarii parvuli* venivano a costare tra argento e rame circa 65 grana per libbra e 9 grana di lavorazione: — mentre il valore legale dei 480 denari compresi in una libbra era di 80 grana (1).

(3) È questo uno dei punti più degni di rilievo del presente capitolo. È da notare, peraltro, che del segno differenziativo fra le 2 zecche, statuito da Giovanna (quattro lambelli sul rovescio della moneta di Brindisi in confronto dei tre scolpiti su quella di Napoli) non è oggi più traccia sugli esemplari fino a noi pervenuti, i quali, per essere tutti di tre lambelli, devono ritenersi provenienti unicamente dalla Zecca di Napoli. A meno che non voglia accedersi all'ipotesi che di tale prescrizione capitolare non siasi tenuto conto alcuno.

(4) Così furono intitolate le prime decretazioni di Giovanna regina; ricordiamo che questa specie di « consiglio di Reggenza », già predisposto da Roberto nel suo testamento, componevasi della vedova Sancia, del vicecancelliere del regno Filippo vescovo di Cavaillon, di Filippo di Sangineto conte di Altopiume, di Goffredo Marzano, Grande Ammiraglio e di Carlo d'Artois. Inesattamente il *CAMERA (Elucubrazioni storico-diplomatiche su Giovanna I e Carlo III di Durazzo, Salerno, 1889)*, limita l'adozione di siffatta formula diplomatica d'intitolazione a tutto il mese di agosto (XI indizione) del 1343; non solo i documenti da noi pubblicati datano dall'ottobre, ma ve n'ha finanche uno, più innanzi dello stesso Registro (fol. 212 <sup>a</sup>) che reca la medesima intitolazione e data dall'11 gennaio 1344 (*pro Petro de Ripanda et certis aliis de Neapoli et de Summa*). Pare dunque non dubitabile che il Consiglio di Reggenza funzionasse ancora nei primi del 1344, in onta alle diffide di papa Clemente VI, che con bolla de' 28 novembre 1343 aveva pur negato ai suoi atti ogni giuridica efficacia, rivendicando alla Chiesa i diritti di tutela e di alta vigilanza sul reame.

Prof. Carlo Prota.  
Dott. Vincenzo Morelli.

(1) *A. Sambon* — Monetazione Napoletana di Roberto d'Angiò — Riv. Ital. di Num. Milano 1912. Vol. XXV.